



# BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

### SUMARIO

- I. Circular del Obispado, anunciando Bendición Papal.—II. *Motu proprio* de Su Santidad León XIII, *circare reformandam competentiam S. Cong. Indulgentiarum*.—III. Resoluciones: *De la Sag. Cong. de Ritos*: sobre dudas acerca del Monumento de Jueves Santo. *De la S. Romana Inquisición*: a) referente á admitir banderas en las iglesias y en las pompas fúnebres; b) *circa effectus irregularitatis ob haeresim, relate ad professionem et praelaturas regulares*. *De la Congregación de Obispos y Regulares* sobre días de comunión en las Comunidades religiosas.—IV. Circular de la Secretaría de Cámara, recordando la colecta del Viernes Santo.—V. Ordenes últimamente conferidas por el Prelado diocesano.—VI. La fiesta de Santo Tomás de Aquino.—VII. Aviso de la Memoria Pía de Revilla de la Cañada.—VIII. Bibliografía.

## OBISPADO DE SALAMANCA

### Circular

En virtud de las facultades que nuestro Santísimo Padre León XIII se dignara conferirnos para dar la Bendición Apostólica en la Pascua de Resurrección, hemos acordado

benedecir solemnemente á nuestro amado pueblo el domingo 10 del actual, con lo que podrán lucrar indulgencia plenaria y remisión de todos sus pecados los fieles de uno y otro sexo que, verdaderamente arrepentidos y habiéndose confesado y recibido la sagrada comunión, se hallasen presentes á dicho acto de la *Bendición Papal*, que, con el auxilio de Dios, daremos en el expresado día, en nuestra Santa Catedral Basílica, terminada que sea la solemne misa de Pontifical.

Salamanca 1.º de Abril de 1898.

## † EL OBISPO DE SALAMANCA.

---

Circa reformandam competentiam S. Cong. Indulgentiarum; novus Syllabus Facultatum concessarum.

### LEO PP. XIII

#### MOTU PROPRIO

Christianae reipublicae tam late fusa tamque operosa administratio omnino postulabat, ut Pontifici romano viri sapientes et graves perpetuo assiderent, quibuscum et consilia communicare et quotidianam negotiorum molem partiri opportune posset. Hinc ea sunt S. R. E. Cardinalium Consilia sapientissime constituta, quae *Romanae Congregationes* nuncupantur; quorum est quibusdam in causis ius dicere, de iure respondere, aliaque complura decernere, transigere, quae transigi decernique eorum auctoritate lex et consuetudo iubet. Iis tamen, quod ratio, quod naturalis rerum ordo requirebat, non promiscua universis, sed



sua singulis potestas data suumque negotiorum ad expediendum unicuique assignatum genus. Quod sane nisi decessorum Nostrorum providentia cavisset, magna erat permixtio juris et confusio futura, simulque spes utilitatum maximarum, quas nomini christiano Congregationes Romanae pepererunt quotidieque pariunt, vel ab initio intercidisset. Jamvero officii Nostri est tueri in eis constitutionem temperationemque nativam, efficiendo ut singularum potestas suis contineatur finibus, ac si quid forte minus consentaneum invexerit diuturnitas emendare. His de rebus et causis cum animum adiecissemus ad sacrum Consilium, cujus muneris est de Indulgentiis Sanctorumque Reliquiis cognoscere ac statuere, aliquod ei officium providentiae Nostrae impertiri vidimus oportere.

Illud videlicet Clemens IX decessor Noster instituit *Motu proprio* die VI Julii an. MDCLXIX edito, diligenterque ejus quae forent partes praescripsit his verbis... «cum facultate omnem difficultatem ac dubietatem in Sanctorum reliquiis, aut Indulgentiis emergentem, quae ad fidei dogma non pertineat, Nobis tamen et romano Pontifice pro tempore existente circa graviora difficilioraque consultis, expediendi. Ac si qui abusus in eis irrepserint, illos, iudicii forma plane postposita, corrigendi et emendandi. Falsas quoque, apocryphas indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi et examinandi, ac ubi Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existenti retulerit, Nostra seu illius auctoritate rejiciendi... Reliquias de novo inventas recognoscendi quoque et examinandi... omniaque pie, sancte, et incorrupte fieri curandi». Verum ad haec posteriorum concessu Pontificum alia accessit facultas, nimirum ipsa sacrae indulgentiae munera dilargiendi, adiecta rescriptis clausula, *praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione*.



Sed cum hujus generis rescriptorum frequentia crevisset praeter modum, iisdemque de rebus rescribere eodem tempore consuesset Curia a diplomatibus pontificiis, abnormis quaedam ac praepostera agendarum rerum consecuta ratio est. Huic incommodo occurrendum tempestive censuit Pius IX f. r. decessor Noster, dateque in id decreto (1) Congregationem Indulgentiis sacrisque Reliquiis cognoscendis praepositam extra fines Constitutionis Clementinae excurrere prohibuit, indulgentiarum tribuendarum adempta facultate. «Nos praesenti *Motu proprio*, et ex certa scientia ac matura deliberatione decernimus, ut Congregatio eadem pergat quidem retinere quaestiones et disceptationes quae super Indulgentiis aut reliquiis forte oboriantur, et peragere etiam atque expedire alia omnia quae suae dumtaxat institutionis munia respiciunt ad tramites *Motus proprii*, quem hac de re praelaudatus Antecessor Noster Clemens IX dedit sub die VI Julii MDCLXIX; abstineat tamen omnino ab emittendis actis illis quae ad Indulgentiarum pertinent concessionem». Verumtamen hujus vis decreti sensim excidit, restituta scilicet ea ipsa, quae fuerat adempta, facultate: ita plane ut non minore quam antea numero rescripta edi soleant cum ea clausula, quam supra diximus. Quare quoniam perturbationem ordinis debiti ac vetera incommoda plane renovari, multorum testimonio Nobis constiterat, delectis quibusdam S. R. E. Cardinalibus mandavimus, ut causam mature perpendere, et quo remedio opus esse videretur, aperte significarent. Igitur cognita eorum sententia ut sua cuique munia serventur integra, *Motu proprio* et certa scientia decernimus:

I. Ut Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis

---

(1) *Motu proprio* die II Januarii an. MDCCCLV.



praepositae ea salva jura permaneant, quae Clemens auctor instituit: praetereaque eidem confirmamus, et, quae tenus opus sit, de integro concedimus facultates omnes, quae in syllabo, his litteris adnexo, numerantur.

II. Volumus et statuimus, ceteras concessionem iterationesque indulgentiarum, privilegia avarium, facultates benedicendi et alia ejusmodi ad Nostram Secretariam Brevis exclusive pertinere.

III. Simili ratione decernimus ut quae facultates Congregationi, de qua agimus, collatae sunt, eae ita sint ejus propriae, ut nulli praeterea vel Congregationi vel Secretariae possint esse communes.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXXI Octobris an. MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri Vigesimo.

LEO PP. XIII.

SYLLABUS

*Facultatum quas SSmus Dominus Noster LEO PP. XIII S. Congregationi Indulgentiarum et SS. Reliquiarum praepositae confirmat et, quatenus opus sit, de integro concedit juxta N. I. Sui Motus proprii sub die XXXI Octobris anni MDCCCXCVII incip. Christianae reipublicae.*

1. Facultatem interpretandi Rescripta de Indulgentiis sacrisque Reliquiis edita, etiam propria manu a Summo Pontifice signata.

2. Dirimendi quaestiones et dubia minoris momenti, quae ita facile dilui possunt ut necesse non sit de eis in Eminentissimorum Patrum Congregatione disceptare.

3. Approbandi Summaria Indulgentiarum.

4. Sanandi defectus cujuslibet generis qui irrepererint



in erectione Confraternitatum, piarum Unionum, etc. vel etiam in earum aggregationem ad Archiconfraternitates, Primarias, Primo-primarias, etc.

5. Sanandi defectus quoscumque quibus affici contingat adscriptiones Christifidelium ad Tertios Ordines, ad Confraternitates, Congregationes, Pias Uniones, etc. Itemque defectus in benedicendis et imponendis scapularibus, in benedictionibus Rosariorum, coronarum, etc., in erectione Stationum Viae Crucis et Matris Dolorosae.

6. Dispensandi super defectu distantiae requisitae ad erectionem Confraternitatum, ita tamen ut rescripti executio remittatur prudenti iudicio Ordinarii. Dispensandi etiam super conditione distantiae inter ecclesias, quae praefiniri solet in rescriptis concessionis quarumdam Indulgentiarum.

7. Transferendi Indulgentias favore Sanctimonialium, cum de uno ad aliud Monasterium, sive de una ad aliam domum migrant ob temporum adiuncta.

8. Concedendi, quatenus opus sit, ut Indulgentiae quibus gaudebant ecclesiae Regularium, vigere pergant post ipsorum expulsionem seu violentam conventuum suppressionem. Quae facultas extendatur ad casus tum praeteritarum tum futurarum conventuum suppressionum; extensive etiam ad ecclesias sive Sanctimonialium, sive cujuslibet Congregationis et Instituti.

9. Concedendi ut Regularium Ordinum, et etiam Congregationum sive Institutorum alumni utriusque sexus Indulgentiis et gratiis quibus gaudebant in propriis respective ecclesiis, frui possint et valeant dum vitam communem agunt in alia domo in qua legitime habent oratorium vel publicum vel privatum.

10. Transferendi a die vel diebus ad diem vel dies alios Indulgentias iam concessas; exceptis *Indulgentia Portiun-*



*culae* aliisque Indulgentiis plenariis concessis *toties quoties*.

11. Transferendi ad aliam ecclesiam vel ad aliud oratorium publicum Indulgentias iam concessas ecclesiae vel publico oratorio.

12. Concedendi Dioecesibus intra et extra Italiam privilegium ut Indulgentias, pro quibus requiritur sacramentalis confessio, lucrari valeant Christifideles qui sacramentalem confessionem peragere solent infra duas hebdomadas. Quod tamen privilegium non concedatur nisi Ordinario Dioecesis expresse petente et ob penuriam confessoriorum tantum.

13. Commutandi conditionis, seu pias exercitationes ad Indulgentiarum acquisitionem praescriptas, in alia pia opera omnino vel fere aequivalentia: exceptis semper Indulgentiis plenariis *toties quoties*, et exceptis etiam conditionibus sacramentalis confessionis et sacrae Communionis quotiescumque requiruntur.

14. Renovandi seu prorogandi pro Sanctimonialibus, vere pauperibus tantum, Indulgentias jam ipsis concessas, etiamsi forte distulerint renovationem vel prorogationem implorare.

---

## SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

---

### ROMANA

Instantibus plerisque Rmis. Episcopis variarum regionum, qui sacros ritus et caeremonias juxta ecclesiasticas prescriptiones ac laudabiles consuetudines in suis dioecesibus observari satagunt, quaestio super Altari quod communiter dicitur *sepulcrum*, alias agitata, Sacrae Rituum

Congregationi sub duplici sequenti dubio re proposita fuit; nimirum:

I. Utrum in Altari, in quo, Feria V et VI Majoris Hebdomadae, publicae adorationi exponitur et asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, repraesentetur sepultura Domini, aut institutio ejusdem Augustissimi Sacramenti?

II. Utrum liceat ad exornandum praedictum Altare adhibere statuas aut picturas, nempe Beatissimae Virginis, S. Joannis Evangelistae, S. Mariae Magdalenae et militum custodum, aliaque hujusmodi?

Sacra porro Rituum Congregatio in ordinariis Comitibus subsignata die ad Vaticanum habitis, ad relationem infrascripti Cardinalis Sacrae eidem Congregationi Praefecti, exquisitis trium Rvmorum. Consultorum suffragiis scripto exaratis, attentata quoque antiqua et praesenti Ecclesiae disciplina, omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Utrumque.*

Ad II. *Negative.* Poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, hujusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. Atque ita rescripsit, contrariis quibuscumque decretis abrogatis. Die 15 Decembris 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum S. Congregationis ratum habuit, et confirmavit, iisdem die, mense et anno. CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Praef. — L. † S. — D. PANICI, *Secrecarius.*

---



## SANTA ROMANA INQUISICIÓN

### I

**De admittendis necne vexillis, tum intra Ecclesias, tum in pompa funebri ducenda, Clero comitante.**

Ab H. S. Inquis. sequentis dubii solutio ex postulata, est nimirum:

Utrum admitti possint vexilla, sive vexillum dictum nationale, in Ecclesiis, occasione functionum religiosarum, et in adsociatione cadaverum ad coemeterium cum funebri pompa et interventu Cleri?

Responsum fuit die 3 Oct. 1887:

«Quatenus agatur de vexillis, quae praeseferunt emblemata manifeste impia vel perversa, si ea extollantur in pompa funebri, Clerus inde recedat; si in Ecclesiam per vim inducantur, tunc si missa nondum inchoata fuerit, Clerus recedat; si inchoata, post eam absolutam auctoritas ecclesiastica solemnem protestationem emittat de violata templi et sacrarum functionum sanctitate. Quatenus agatur de vexillis ita dictis nationalibus, nullum emblema de se vetitum praeferentibus, in funebri pompa tolerari posse, dummodo feretrum sequantur, in Ecclesia vero non esse toleranda».

Quid vero agendum, si vexilla dicta nationalia violenter in Ecclesiis introducantur?

Idem S. Officium, sub die 24 Nov. 1897 respondit: «datur Decretum S. Poenitentiariae in *Apuana* sub die 4 Aprilis 1887».

Decretum autem sic sonat:



«Quatenus agatur de vexillis, quae praeseferunt emblemata manifeste impia vel perversa, si ea extollantur in pompa funebri, Clerus inde recedat; si in ecclesiam per vim inducantur, tunc si missa nondum inchoata fuerit, Clerus recedat; si inchoata, post eam absolutam auctoritas ecclesiastica solemnem protestationem emittat de violata templi et sacrarum functionum sanctitate. Quatenus agatur de vexillis ita dictis nationalibus, nullum emblemata de se vetitum praeseferentibus, in funebri pompa tolerari posse dummodo feretrum sequantur; in Ecclesia vero non esse toleranda, nisi secus turbae aut pericula timeantur».

## II

### **Circa effectus irregularitatis ob haeresim, relate ad professionem et praelaturas regulares.**

Beatissime Pater:

Vicarius et Proc. Gen. Minist. Inf. humili osculo S. V. pedes amplexus, exponit quod a nonnullis Provincialibus sui Ordinis, varia proposita sunt dubia relate ad acceptationem, professionem, ordinationem et colectionem ad praelaturas, in favorem haereticorum eorumque filiorum et nepotum ad fidem conversorum, et ad statum religiosum adspirantium.

Et quum dicta dubia non sunt mere theoricæ, sed proximè spectant saepeque conscientiae angoribus ansam praebent speciatim in regionibus Germaniae et Septentrionis: hinc est, quod orator humiliter postulat a S. V. solutionem sequentium dubiorum:

1.º Utrum ex facto quod quis *natus fuerit in haeresi*; vel habuerit genitores, patruos, avunculos fratres vel consobrinos *haereticos* vel *cum haereticis* desponsatos, oriatur,



vi legis communis, impedimentum a Professione religiosa arcens?

2.º Utrum recte dici possit, quod ob *alterius* haeresim, irregularitatem incurrant ii solum qui haereticos habent vel Avum, vel Patrem, vel Matrem?

3.º Utrum teneri possit doctrina illorum qui docent talem irregularitatem non incurrri in Germania, ex eo quod inibi, *parentes nulla laborant infamia*? Utrum talis doctrina possit extendi ad illas omnes regiones, in quibus Religio praedominans est haeterodoxa vel protestantica?

4.º Utrum illi qui legitime dispensantur ab irregularitate quoad sacram Ordinationem ex facto Professionis Religiosae promoveri possint ad Praelaturas Ordinis; vel saltem utrum ad hoc possint obtineri facultatem a respectivis Superioribus, quoties isti possint ex antiqua concessione directa, et Conc. Trid. posteriori, «ex quocumque capite vel causa, praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae, ac membrorum mutilationis, irregularitatem incurrentes, Apostolica auctoritate, in forum conscientiae tantum absolvere, necnon cum eis, etiam cum rehabilitatione, et abstersione inhabilitatis et infamiae maculae, dispensare?»

Che ecc.

*Fer. V, loco IV, 3 Februarii 1898*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis. ac Rmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iisdem EEmi. ac RRmi. Dni. respondendum mondarunt:


Ad I. Negative. salvo Constitutionibus cujusvis Religiosae Familiae propriis



Ad II et III. Detur Decretum fer. IV, 4 Decembris 1890, id est: *Filios haereticorum, qui in haeresi persistunt vel mortui sunt, ad primum et secundum gradum per lineam paternam, per maternam vero ad primum duntaxat, esse irregulares etiam in Germania et in aliis locis, de quibus petitur: ideoque dispensatione indigere ut ad Tonsuram et ad Ordines promoveantur.*

Ad IV. Prout exponitur, negative.

Sequenti vero die et feria, facta de praedictis relatione SS. D. N. Leoni PP. Div. Prov. Papae XIII in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, Sanctitas Sua Emorum. Patrum resolutionem adprobavit.—I. CAN. MANCINI, S. R. et U. I. Not.



## LOS DÍAS DE COMUNIÓN EN LAS COMUNIDADES RELIGIOSAS

LOS SEÑALA SÓLO EL CONFESOR

*Ad Archiepiscopum Burdigalen.*

Ex parte officialis istius Curiae ecclesiasticae expositum nuper fuit, quod in omnibus fere familiis Religiosis, praescribuntur in Statutis certi dies, quibus omnes ad sacram Communionem accedere debent; et quod multi Communionum catalogum ita intelligunt, quasi nulli sit licitum saepius communicare, etiam de consilio confessarii, nisi accedat quoque formalis consensus Superioris vel Superiorissae.—Quibus expositis, quaesitum proponit quaenam sit mens Ecclesiae quando approbat haec statuta circa Communionem in familiis Religiosis, an haberi debeant ut *prohibitiva* ne plures fiant communionem; vel *praeceptiva*,



ita ut omnes conentur ita vivere, ut mereantur ad sacram  
Communione[m] accedere saltem in illis diebus.

Itaque S. haec Congregatio Episcoporum ac Regula-  
rium, omnibus perpensis, respondit:

Negative ad 1 partem, et facultatem frequentius ad  
S. Synaxim accedendi relinquendam esse private iudicio  
confessarii, excluso consensu Superioris, vel Superiorissae.

Affirmative ad 2 partem, quoties rationabilis causa non  
obstet.

4 Augusti 1888.

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA

---

### Circular

Recordamos á los Sres. Párrocos y encargados de pa-  
rroquias el mandato de nuestro Santísimo Padre Leon XIII,  
en sus Letras Apostólicas de 27 de Diciembre de 1887, re-  
ferente á la *Colecta* que han de practicar en sus parroquias  
el Jueves y Viernes Santo, en el acto de adorar la cruz,  
con destino á los Santos Lugares de Jerusalén.

Como en años anteriores, remitirán el importe de las  
limosnas á esta Secretaría, que, á su vez, se encargará de  
hacerlas llegar á su destino.

Salamanca 28 de Marzo de 1898.

**DR. PEDRO GARCÍA REPILA,**

*Secretario.*

---



## ÓRDENES SAGRADAS

El día 24 del pasado mes confirió S. E. I. la *Prima Clerical Tonsura* á los señores siguientes:

- Don Victoriano González Cid. . . . .
- » Juan Pastor Pérez . . . . .
  - » Manuel Andrés Ramos. . . . .
  - » José Manuel Díez Rodríguez. . . . .
  - » David Martín Fuente . . . . .
  - » Luis Santana Acosta. . . . .
  - » Angel García Hernández. . . . .
- } *Diocesanos.*

Recibieron la Tonsura el día 24 y el día 25 las Órdenes Menores los señores:

- Don Juan Francisco Sánchez Barbero.
- » José Manuel Iglesias García . . . . .
  - » Santiago Blázquez García . . . . .
  - » Francisco Terrero Riesco. . . . .
  - » Manuel de la Cruz García . . . . .
  - » Amador Martín García . . . . .
  - » Manuel García Sánchez. . . . .
  - » Juan Lorenzo Hernández Martín.
  - » Guillermo Pérez Hernández. . . . .
  - » Francisco Carballares Mangas. . . . .
  - » Florencio Gil Regalado. . . . .
  - » Lorenzo Rodríguez y Rodríguez. . . . .
  - » Juan Aparicio Sánchez . . . . .
  - » Roque Clavero Calvo . . . . .
  - » José Sánchez Bustos. . . . .
  - » Sebastián García Boyero. . . . .
  - » José Sánchez Mondelo. . . . .
- } *Diocesanos.*
- Fray Enrique Pondal. . . . .
- » Higinio Fernández. . . . .
- } *Dominicos.*



Don Agapito Martínez . . . . . *Extradiocesano.*

El día 26 confirió órdenes mayores el Rmo. Prelado á los señores siguientes:

### El Subdiaconado

Don Manuel Arnés Encinas. . . . . }  
» Juan Francisco Hernández. . . . . } *Diocesanos.*  
» Odón Palomino García . . . . . }  
» Froilán Peramato Carnes. . . . . }

Fray Enrique Pondal. . . . . }  
» Higino Fernández. . . . . } *Dominicos.*

### El Diaconado

Don Tomás Marcos Bermejo. . . . . }  
» Francisco Romo Sesmilo . . . . . }  
» Bernardo Sánchez y Sánchez. . . }  
» Juan Francisco Rivero Rodríguez. } *Diocesanos.*  
» Ramón Sampedro Benito. . . . . }  
» Francisco Polo Cabezas. . . . . }  
» Juan de la Cruz Robles. . . . . }  
» José Ramos Vicente . . . . . }  
» Isidoro Pereira Hernández. . . . }  
» Baltasar Tavera Regalado. . . . }

Don Magin Rodríguez García. . . . . }  
» Antonio Puente Campano . . . . . } *Extradiocesanos.*

Don Guillermo Mac Ginn . . . . . }  
» Juan José Burús. . . . . } *Del Colegio de No-*  
» Eduardo Hartley . . . . . } *bles Irlandeses.*

Fray Manuel Zaballos . . . . . }  
» Luis Guitard. . . . . } *Dominicos.*



### El Presbiterado

Don Cipriano García Pérez. . . . . *Diocesano.*  
» Antonio Fernández Nistal. . . . . *Extradiocesano.*

El joven irlandés D. Patricio Sinnot, que hubiera recibido el diaconado, no lo pudo verificar por caer enfermo con pulmonía.

---

## LA FIESTA DE SANTO TOMÁS DE AQUINO

---

a) *En San Esteban.*—En el número de este BOLETÍN, correspondiente al 1.º de Marzo próximo pasado, nos complacimos en publicar las comunicaciones que habían mediado entre el Rmo. Prelado y el Claustro Universitario, para celebrar de la manera más digna y con carácter oficial la festividad de Santo Tomás de Aquino.

Así se verificó el día 7 del indicado mes en el grandioso y monumental templo de San Esteban. El Claustro de la Universidad salmantina, *alma mater* del saber, se unió aquel día en fraternal abrazo á los hijos de la esclarecida Orden Dominicana para honrar al Angel de las Escuelas, resucitando en esta forma aquellas gloriosas tradiciones que tan venerado hicieron en todo el orbe el nombre de Salamanca.

Fué la nota del día: nota de luz y de esperanzas halagadoras y de íntimo regocijo para el Prelado salmantino, que presidía, de medio Pontifical, los espléndidos cultos religiosos.



Nutrido y selecto concurso de fieles escuchó con atención devota el panegírico en que el M. I. Sr. Lectoral de Palencia ensalzó la ciencia y la santidad del *gran dominico*, declarado por el reinante Pontífice Patrono de las Universidades y los Estudios católicos; y al terminar la fiesta, oyó el Claustro universitario de los labios de su Obispo frases ardorosas de congratulación y aplauso por el acto memorable que acababan de realizar; frases que tuvieron digna respuesta por parte del Excmo. Sr. Rector, en nombre de la Escuela salmantina.

A la fiesta religiosa siguió la literaria, que en el *salón de actos* del Convento dominicano, organizó y llevó á cabo de una manera brillante la Academia de Santo Tomás, formada por distinguida mayoría de la simpática juventud universitaria.

Los apacibles encantos de la poesía y la música, unidos á los de la oratoria, formaron precioso ramillete de obsequios que, avalorado por la piedad, ofrecieron á Santo Tomás de Aquino los jóvenes académicos de Salamanca.

Al terminar la agradable fiesta literaria, se dió lectura á un lacónico telegrama del Presidente del Congreso, señor Pidal, felicitando al Rector de la Universidad y Prior de los Dominicos, y uniéndose á los honores tributados *al Rey de los sábios* por la *Reina de las Órdenes* y la *Reina de las Universidades*.

Corona de oro de la velada fué el discurso del Excelentísimo Prelado, que, en rápida síntesis, dibujó el estado lamentable de nuestra sociedad, la cual volverá á la vida cristiana, cuando en las ideas impere, con dominio saludable, la insuperable filosofía de Santo Tomás.

b) *En el Seminario*.—Los seminaristas teólogos organizaron y llevaron también á cabo cultos muy señalados en honor y obsequio de su glorioso Patrono.



El Sr. Obispo distribuyó por la mañana la sagrada comunión á los seminaristas, exponiéndoles, en sencilla práctica, la necesidad de la pureza de corazón para alcanzar la sabiduría.

A las diez asistieron á la solemne misa cantada á toda orquesta, y por la tarde celebraron un acto literario, presidido por el Sr. Rector y claustro de Profesores, é hicieron gala de sus aficiones á la poesía y la declamación varios aventajados jóvenes de aquel centro de enseñanza, entre los que sobresalieron los Sres. Polo (D. Francisco), Polo Benito (D. José), Bullón, Boíza, etc.

No faltaron tampoco excelentes trabajos doctrinales; y la parte musical, bajo la dirección del alumno Sr. Esnaola, proporcionó grata animación á la brillante fiesta literaria. La comisión encargada de los festejos recibió de sus compañeros sinceros y entusiastas plácemes por el feliz resultado de su cometido.



## AVISO

### OBRA PÍA DE REVILLA DE LA CAÑADA

Habiendo de procederse en el mes de Junio próximo al primer reparto de rentas de esta Obra pía del presente año, se anuncia así en virtud del artículo 26 de los estatutos, á fin de que las instituciones de Beneficencia particular que tengan opción á sus auxilios, establecidas en Madrid y en las provincias de Avila y Salamanca, puedan dirigir sus solicitudes, autorizadas con el sello de la Institución y firma de su jefe ó director, á la Secretaría del



Patronato, establecida actualmente en Madrid, calle de la Cruzada, núm. 4, entresuelo.

Dichas solicitudes se presentarán en el término de dos meses, á contar desde 1.º de Marzo del presente año.

Transcurrido dicho plazo, no se dará curso á ninguna instancia, así como tampoco lo obtendrán las que se dirijan á los patronos por conducto diferente al expresado.

Durante el mismo tiempo, en dicho local y con iguales circunstancias, se admitirán también las solicitudes favorablemente informadas por los respectivos diocesanos, de las iglesias y sacerdotes pobres de las antedichas localidades que aspiren á ser socorridos con la parte de rentas destinada á la celebración de misas en sufragio de las almas de la fundadora, Excm. Sra. D.<sup>a</sup> Josefa del Collado y Ranero, primera Marquesa de Revilla de la Cañada, y de su marido el Ilmo. Sr. D. José Caballero del Mazo.

Madrid 25 de Febrero de 1898.—El Secretario, *Gabino Vázquez*.

---

## BIBLIOGRAFÍA

---

Sumario de las materias que contiene el núm. 6.º de *La Basílica Teresiana*, correspondiente al 15 de Marzo.

I. *El Episcopado Español y la Basílica de Santa Teresa*: el Obispo de Ciudad-Rodrigo.—II. *La devoción á San José* (De la autobiografía de Santa Teresa de Jesús).—III. *El cuerpo humano en el orden moral y religioso*, José Miralles y Sber.—IV. *Santa Teresa de Jesús en las esculturas de Gregorio Hernández*, Vicente Lampérez.—V. *La ploma de Santa Teresa (Epiphyllum speciosum)*, Jacinto Verdager.—VI. *Una leyenda anónima*, Mariano D. Berrueta.—VII. *San José y Santa Teresa en Sierra-Morena*, X.—VIII. *Las fies-*

*tas en Alba de Tormes* (continuación), F.—IX. *Crónica*. a) *Los Calceatenses y la Santa Madre Teresa de Jesús*. b) *Noticias varias*—X. *Donativos para la Basílica de Alba*.

GRABADOS.—Ávila: Convento de San José.—Santa Teresa ante el Cristo de la Columna.—Salamanca: Fachada del monumental templo de San Esteban.